

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Beatus Gregorius papa: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

102
In illo temp. **Q**uo ex discipulis ihu. ibant in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab hierusalem nomine emmaus. Et ipsi loquebantur ad invicem de his omnibus quae acciderant. et reliqua.

OMELIA. BE. GREG. PP. DE EADEM LECTIOE.

In cottidiana vobis sollemnitate laborantibus pauca loquenda sunt. & fortasse haec utilius proderunt. quia saepe et alimenta quae minus sufficiunt. avidius sumuntur. Lektionis ergo evangelicae summam sensum statui non per singula verba discutere. ne dilectionem uram valeat sermo prolixior onerare. Ecce audistis fratres karissimi. quia duobus

discipulis ambulatibus in via non quidem credentibus. sed tamen de se loquentibus dominus apparuit. sed eius speciem qua recognoscerent non ostendit. hoc ergo egit foris dominus in oculis corporis. quod apud ipsos agebatur intus in oculis cordis. Ipsi namque apud semet ipsos intus. et amabant & dubitabant. Eis autem dominus foris et praesens doerat. & quis esset non ostendebat. De se ergo loquentibus praesentiam exhibuit. sed de se dubitantibus cognitionis suae speciem abscondit. Verba quidem contulit. duriciam intellectus increpavit. scripturae sacrae mysteria quae de ipso erant aperuit. et tamen quia adhuc in eorum cordibus

11.

peregrinus erat a fide. ire
se longius finxit. Fingere
namq. componere dicimus.
Unde et conpositores luti.
figulos uocamus. Nihil
ergo simplex ueritas per
duplicitatem fecit. sed ta-
lem se eis exhibuit in cor-
pore. qualis apud illos erat
in mente. Probandi autē
erant. sibi quae cum et sine
dum ut dñm diligerent. sal-
tam ut peregrinum amare
potuissent. Sed quia esse
extranei a caritate non po-
terant. hi cum quibus ueri-
tas gradiebatur. eum ad
hospitium quasi peregrini-
num uocant. Cur autem
dicimus uocant. cum illic
scriptum sit. & coeger eū.
Ex quo nimirum exemplo
colligitur. quia peregrini
ad hospitium. non solum in

uitandi sunt. sed etiam tra-
hendi. Mensam ponunt.
cibos offerunt. & dñm quem
in scripturae sacrae exposi-
tione non cognouerant. In
panis confractione cogno-
scunt. Audiendo ergo prae-
cepta dñi illuminati non sunt.
faciendo illuminati sunt.
Quia scriptum est. Non audi-
tores legis iusti sunt apud
dñm. sed factores legis iustifi-
cabuntur. Quisquis ergo uult
audita intellegere. festinet
ea quae iam intellegere po-
tuit. opere implere. Ecce
dñs non est cognitus dum lo-
queretur. et dignatus est
cognosci dum pasceatur.
Hospitalitatem ergo kēmi
fratres diligite. caritatis
opera amate. hinc enim
p paulum dicitur. Caritas
fraternitatis. maneat in uobis.

et hospitalitatem nolite
 obliuisci. per hanc enim
 placuerunt quidam ange-
 lis hospicio receptis. hinc
 petrus ait. Hospitales in
 uicem sine murmuratio-
 nibus. Ipsa ueritas dicit.
 hospes fui. et suscepistis me.
 Opinata res est ualde. & se-
 niorum nrorum nobis rela-
 tione tradita. Quidam
 pater familias cum tota do-
 mo sua magno hospitalita-
 tis studio seruebat. Cūq.
 cotidie ad mensam suam
 peregrinos suscipere. quo-
 dam die peregrinus quidā
 inter alios uenit. ad mensā
 ductus est. Dumq. pater
 familias ex humilitatis con-
 suetudine aquam uellet
 in eius manibus fundere.
 conuersus urceum accepit.
 sed repente eum in cuius

manib. aquam fundere
 uoluerat non inuenit.
 Cumq. hoc factum secū ipse
 miraretur. eadem nocte ei
 dñs per uisionē dixit.
 Ceteris diebus me in membris
 meis. hesterno autē die. me
 in memet ipso suscepisti.
 Ecce in iudiciū ueniens dicet.
 quod uni ex minimis meis
 fecistis. mihi fecistis. Ecce
 ante iudicium cū p mēbra
 sua suscipitur. susceptores
 suos & iā p semetipsum re-
 quirat. & tamen nos ad hos-
 pitalitatis grām pigri sum.
 Pensate fr̄s. quanta hospita-
 litatis uirtus sit. ad mensas
 uras xp̄m suscipite. ut uos
 ab eo suscipi ad conuiuia
 aeterna ualeatis. Praebe-
 te modo peregrino xp̄o
 hospitium. ut uos in iudi-
 cio. non quasi peregrinos

nesciat. sed ut pro proprio re-
cipiat ad regnum.

FER. III. PASCH.

LEC. SCI. EV. SEC. LUC.

In illo temp. **S**tetit
IHC in medio discipulorum
suorum. et dicit eis. Pax vo-
bis. Ego sum nolite timere.
Conturbati uero & conterriti.
existimabant se spm uidere.
Et dixit eis. Quid turbati estis.
et cogitationes ascendunt in
in corda ura. Videte manus
meas & pedes meos. quia ego
ipse sum. et reliqua.

GOME. B. B. B. D. M.
P. B. R. I. D. I. I. A. D. E.
L. E. C. T. I. O. N. E.
L. O. R. I. A. M. S. U. E.
r. e. s. u. r. r. e. c. t. i. o. n. i. s.
d. n. i. et r. e. d. e. p. t. o. r.
n. r. p. a. u. l. a. t. i. m.
d. i. s. c. i. p. u. l. i. s.

et per incrementum tempo-
ris ostendit. Quia nimirum
tanta erat uirtus miraculi.
ut hanc repente totam ca-
pere fragilia mortalium
pectora non possent. Con-
sulens igitur ipse inbecilli-
tati quaerentium. primo
uenientibus ad monumen-
tum. et faeminis suo amore
feruentibus et uiris. reuo-
lutum lapidem. et ablato
suo corpore. linteamina qui-
bus inuolutum erat solapo-
sita monstrauit. Deinde
curiosius inquirentibus fae-
minis. et de eo quod inuene-
rant mente consternatis.
Angelorum uisionem osten-
dit. qui illum resurrexisse
certa manifestatione pate-
facerent. ac sic praecurrente
fama patratæ resurrectio-
nis. tandem ipse dñs uirtutum